

146

Tellus est testis, nec et audet visa negare,
Non negat Evigenas associasse DEUM.
Est ex corde Patris salus ante exordia mundi:
Dicimus hunc finem principiumque simul:
Unicus is fons est cunctorum et claufula, quae sunt,
Quaeque fuere, et post haec futura dies.
Ipsius iussu sunt facta, creataque cuncta,
Terra, Poli tractus, stagnaque vasta freti:
Illa triplex, quae sunt, praesumptis machina rerum:
Et quae sub calido Sole Hecateque vigent
Corporis indutus fragili est mortalis amictu:
Ne nos in Stygias propiceremur aquas:
Quibus addicti olim fuimus per fulmina dira
Legiferi Moysi legiferique DEI
O felix ortus, pariens eum Virgo salutem
Progenit nostram Flamine foeta sacro:
Atque puer, mundi salvator, Virginis alvum
Egressus vultus protulit aetheros.
Io! psallant pueri pinnati: psallat olympus!
Psallat terra ferax, psallat et omne fretum!
Vox omnis resonet, linguarum nulla sileat!
Quilibet haec pangat voce sonante melos!
Ecce! pii vates quem genuere vetustis
Seclis, quem cecinit turba beata Patrum;
Olim pronissus Patribus, cum carne futurum
Ennecat: hunc laudent cuncta creata DEUM.

Christophorus G. L.